

## USUS E VERSU VI.

(1) Deus est omniscius, paterne providus, piorum apprimit gnarus Ps. 139, 1. seqq. 2. Tim. 2, 19. ita quidem, ut iisdem de omnibus emolumentis prospiciat, impios verò nunquam ad beatitudinem suam admittat, Matth. 7, 23.  
(2) Gerenda semper viarum accurata est cura, ne ul-

A libi impingamus incavi, aut à scopo aberremus aliis intenti: Matth. VIII, 13.

(3) Invocandus est Dominus, ne gressus nostri nutent. Ps. XVII, 5.

(4) Impiorum terminus in via lata est exitium aeternum. Matth. VII, 13.

## PSALMI II. DISPOSITIO.

*Rex Zion. Messias rex aeternus. Tyranni resipiscite.*

Conscriptus est hic Psalmus in forma dialogi, ita tamen, ut variantium subinde personarum diserta non exprimatur mentio, æque ut in Cantico & alibi.

Et quidem I. propheta admirabundus secum expendit mundanorum Deo Messiaeque se opponentium vesaniam *vers. 1. 2. 3.*

II. Subjicitur Dei Patris præsidium *v. 4. 5. 6.* Et quidem sicut *v. 1. & 2.* historicè velut recensebatur hostium furor, subjunctis *v. 3.* per mimesin verbis furentium propriis; ita & hic *v. 4. & 5.* commemoratur Patris cœlestis intuitus iracundus vindictamque parans,

## PSALMUS II.

## EXPLICATIO VERSUS I.

**לְמַה quare:** interrogatione hac Psaltæ, non equidem ut ignarus, expisciari vult ab ipsismet, hostibus tumultuandi causam aut prætextum, verum admirabundus, imò indignabundus, extremam deplorat hominum horum perversitatem, graviterque insaniam illam accusat, & ex fidei πληροφορίᾳ simul falso irridet, q. d. profecto præterrem, sine omni causa & absq; omni fructu, temeraria hæc instituitur hostilitas; quid, quofo, sibi volunt tot conventicula? consultationes? conspirationes? &c. numne præbita his est digna ferociendi causa? Adeoq; non male *Brentius* aliiq; conjiciunt, Davidem, Spiritu Dei excitatum, diutius secum cogitasse de futurō Messiae regno, quanta per orbem beneficia tunc humano generis sit oblatus Deus; quibus ipsis tamen speculationibus simul immiscuerit mentiq; exhibuerit, spectandas Israëlitarum atq; gentium tumultuationes spiritus iste vaticinus, adeo ut catholica ubi vis fervere videretur seditio; quapropter in hac David eruperit verba admirantia: *quare tumultuantur &c.* Notum vero particulam **לְמַה quare**, ex pronom. interrog. **הָנָה quid.** & præfixo (**ל**) ad, conflatam, q. d. *ad quid?* quem in finem? quâ de causa? quæq; scribitur tum **לְפָה tum** **לְפָה** semperque posteriori modo est milra, oxytona, præterquam semel, *Job. VII, 20.* etiam alibi vim obtinere exprobrandi, v. g. *Gen. III, 13. quare hoc fecisti* (ô Mulier?) c. IV, 6. *quare indignaris* (ô Cain?) & cur conversi sunt *gestus tui?* *Exod. I, 18. quare hoc facitis* (ô obstetrices?) c. V, 4. *quare populum solvetis* (ô Mose & Aharon?) &c.

**לְשׁוֹר tumultuantur sunt vel tumultuantur:** præteritum adhibetur more prophetico ob rei certitudinem: fortè etiam ideo, quod propheta de visionibus suis loquuntur tanquam de rebus præteritis, licet eadem (ut hodieq; somnia vaticina) sint picturæ rerum adhuc futurarum. Ita vero fortis fuerunt, ut alicubi observat *B. Franzius*, istæ impressiones mentibus prophetarum factæ, ut quodammodo persuasi fuerint hæc ipsa jamjam realiter evenisse; quomodo nonnunquam somniantes se ipsis satis nequeunt expedire, an, quæ somnium exhibuit, revera fuerint exterius

rurus per mimesin recitato ejusdem sermone proprio, *v. 6.*

III. Sermonem huncce Patris excipit de novo per mimesin sermo Filii Messiae, *v. 7. 8. 9.*

Et tandem IV. concludit Spiritus Sanctus, hostium correptione fideli ac severa *v. 10. 11. 12.* Non mirabimur hinc, quæ Græci (*in catenâ ap. Cord. f. 28. & 36.*) quidam afferunt de nexu Psalmi hujus cum primo, tanquam si unus essent ambo; quorsum citant *Act. XIII, 33.* Verum Codicum nonnullorum varietas tantum non est, ut à numero recepto, quem materia ipsa satis corroborat, recedamus.

**B** gesta, & a se vigilantibus conspecta, an verò à phantasie solum dormientibus sibi exhibita. *Simeonis de Muis* ea h. I. est observatio; quando partim futurum, partim præteritum occurrit, tunc tempus medium h. e. præsens est commodissimum. Atq; sic Lutherus: *watum toben.* Verbum ipsum שׁ (quod quodammodo convenit cum בְּגִזְעָן commotus fuit ira) non nisi h. I. legitur: nomen inde descendens שׁ itidem occurrit semel *Ps. LV, 15.* ad *Dñnum Domini vivimus* בְּגִזְעָן in vel cum cœtu strepente & alia formâ *Ps. LXIV, 3.* occultes me à *confilio maleficorum*, בְּגִזְעָן à cœtu operantium iniquitatem, (plura thematis hujus non occurunt.) Unde colligitur, verbo hoc exprimi tam discursitationem, quando cum strepitu turmatim undique, confluunt homines inquieti, fastuosi, suoq; judicio nimiope offensi, qui cœco proin impetu ac fervore incomposito abripi se patiuntur ab aliis instar torrentis: fermè ut Poëta canit *lib. I. Æn.*

*Ac veluti magno in populo cum sepè coortæ est Seditio, savitq; animis ignobile vulgus,*  
*Jamq; faces & saxa volant, furor arma ministrat &c.*  
LXX. redditum εφεύρεται (quod ipsum retinuit quoque Lucas *Act. IV, 25.*) à φεύγεται frendeo, fremo, more insolentis equi ferocio, quando scil. magistri detrectat obsequia; vid. *sis Budæi comm. ling. græc. f. 894.* Aquila habet οὐδεὶς βούθησται, & Symmachus, κυναῖ miscent turbas, velut confusos invicem liquores.

**לְגִזְעָן gentes:** h. e. Judæi degeneres secundum *Cyrillum, Eusebium, Oecum. Hieron. & Athan.* apud Lordinum. Ita verò Israëlitas quoq; voce Gojim venire, constat ex *Gen. XII, 2. XVII, 16. 45. XVIII, 18. Exod. XIX, 6. Ezeib. XI, 2.* Convenientius tamen circumcisæ hinc intelliguntur nationes omnes, veluti de Romanis id disertè citatur *Act. IV, 27.* quibus tradendum se prædixerat Salvator *Luc. XVIII, 32.* ita namq; communiter contra Messiae regnum insurrexisse legimus gentiles, quando per doctrinam evangelii novam, impugnari senserunt veterem suam idolomaniam v. g. *Ephefii Diana* suæ cultum *Act. XIX, 23.* vel quando aliquid decrementi lucro accessit iniquo *Act. XVI, 19.* item quando mores correpti fuere turpes, Christoq; parandus fuit populus sanctus & irreprehensibilis; inde enim